

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Conuersio ad  
cum fonte primo

In illa etate quando flauescunt crines,  
caro nitescit eburnea,  
oculorum gemmis facies rosea decoratur,  
ualitudo corpori uires subministrat,  
iuuenilis etas longioris uite spatium repromittit.  
Quando uiget racio, uigent eciam corporis sensus:  
uisus acutior, auditus promptior,  
incessus rector, uultus iocundior.  
Qui in hac etate se domant et Deo se sociant,  
premium Iohannis expectant.

Hugo de claustro anime libro III. capitulo X.

In hac siquidem aetate flauescunt crines,  
caro nitescit eburnea,  
oculorum gemmis facies rosea decoratur,  
ualetudo corpori vires subministrat,  
iuuenilis aetas longioris vitae spatium repromittit.  
Tunc enim uiget ratio, uigent etiam corporis sensus.  
Tunc etiam uisus acutior, auditus promptior,  
incessus rector, uultus iocundior.  
Qui igitur in hac aetate se domant, et Deo se sociant,  
praemium Joannis exspectant.

Hugo de Folieto, *De claustro animae libri quatuor*,  
3.10 (PL 176, col.1110D-1111A).